





DE 4. 1786.  
**SCIRRHO ET CANCRO.**

---

CONSENSV AC AVCTORITATE

ILLVSTRIS MEDICORVM ORDINIS  
IN ACADEMIA FRIDERICIANA

PRO

OBTINENDO

MEDICINAE DOCTORIS GRADV

DIE XX. SEPTEMBERIS MDCCCLXXXVI.

H. L. Q. S.

PVBLINE DISPVTABIT

AVCTOR

IOANNES THEOPHILVS ZENCKER  
BEROLINAS.

---

HALAE,

ZITTERIS MICHAELIS.



SERENISSIMO PRINCIPI

AC DOMINO

DOMINO

FRIDERICO AVGVSTO

DVCI BRVNSVICI GVELPHERBYTI

ETC. ETC.

DOMINO SVO LONGE CLEMENTISSIMO

NEC NON

PATRONO LITTERARVM MVNIFICENTISSIMO

REBELLISSIMO PRINCIPI

HAS

PRIMITIAS ACADEMICAS

IN

MONUMENTVM


HVMILLIMAE VENERATIONIS

DEVOTISSIMA MENTE

OFFERT AC CONSECRAT

SUBIECTISSIMVS

IOANNES THEOPHILVS ZENCKER.



scirrhos multifariah mortis ad id huius omnis  
soe iouans latitudine in circunferentia haec hinc respon-  
sione endimico inservit usq; tunc exquisit inservit  
lax ministratio. ut iustus multitudinibus nec adhuc  
obligatur.

## DE SCIRRHO ET CANCRO.

### PARS PRIOR.

§. I.

**M**axime inter se differunt Auctores in Scirrho definiendo, et ob hanc multifariam definitio-  
nem nec ego exactam omnibus ejus speciebus adae-  
quatam proferre audeo. Esse scirrum tumorem  
frigidum, duriorem, indolentem, cuti concolo-  
rem, praecipue in partibus glandulosis, docent  
quam plures Pathologi. Quam plurimum haec de-  
scriptio veritati quidem consentanea, singulatim ve-  
ro illa valere non potest; non desunt observatio-  
nes, ubi scirri primis ab initio mollietiam quandam  
prodiderunt, ubi dolores quandoque pressorios,  
prurientes vel lancinantes in scirri ambitu ac sub-

A

stan.

II

stantia aegri senserunt, ubi tumores tunicati descriptioni superiori fere congrui, ubi denique glandularum tumores duriiores ad scirrhos referre non licet.

Hinc scirrhi characterem distinctum delineare nequeo, nisi ad tumoris in cancrum abeundi proclivitatem respexero; hanc videlicet omnibus inesse scirrhis, non dubitandum videtur, licet interdum vel viribus naturae medicatricibus, vel arte resolutio subsequatur, aut per totam vitam corpori haud insignes scirrhus afferat molestias. Ubique vero in scirrho latere malignitatis et corruptionis cancerofae feminum, cuius evolutio ocyus seriusve incidit, pro loci affecti discrimine, pro constitutione individuali aut pro causarum externarum accessu, plane haud rejeciendum videtur. Nonnulli tumores glandularum vel telae cellulofae, primo indolentes, postea dolorum non expertes, in ulcera aperta, at non cancerofa abeuntes, minime veris scirrhis sunt annumerandi; sunt indurationes, stases, infarctus, prout ex inflammatione, contusione, debilitate oriebantur, quique alias nomen scirrhi spurii adepti sunt.

§. II.

Omnes partes organicae ex vasis sanguiferis, lymphaticis, nervis, tela cellulosa, inter se junctis, con-

III

constituuntur. Nostris temporibus Cl. Anatomici in indagandis vasorum lymphaticorum distributib-  
nibus, inque eorum officiis dilucidandis, optimo  
succesu, operam navarunt. Juxta vasa sanguifera,  
ac nervos fere omnibus in locis vasa lymphatica in-  
veniri et inter se cohaerere, ex illis glandulas con-  
globatas constitui, membranas ipsas eorum conne-  
xu formari, omnemque reforbitionem illorum ope  
confici, certiores facti sumus; nulla vero partis or-  
ganicae actio, nullaque fluidi mixtio naturalis co-  
gitari potest, nisi vis nervea adsit. Actiones au-  
tem a statu naturali recedunt vel cessant, et fluida  
corruptionem subeant, si nervorum vis inordinate  
operatur, vel plane tollitur. Quibus praemissis scirr-  
hi nascentis theoriam superfruere liceat.

Multa ac variae causae scirrhis producendis  
fayent, ad illam vero nervorum affectionem prae-  
primis respiciendum esse existimo. Quaevis causa  
externa violenter agens mutationes praeternatural-  
les producit; vasis ruptis aut debilitatis vel sanguis  
vel lympha effluit, ac stagnat; nervis adhuc inte-  
gris vel mox vires recuperantibus vasa sanguifera  
et lymphatica vi nervea priorem tonum adipiscun-  
tur, suisque officiis ad extravasati et stagnantis cor-  
ruptionem praecavendam, et stagnante in circulo  
redacto, sanitatem partis restituendam, optime fun-  
guntur.

Ab animi affectibus vis nervea vel minuitur, vel augetur, hinc solidorum functiones fluidorum que circulus et particulariter et universaliter vel minuuntur vel augmentur, et mutationes a legibus sanitatis recedentes sequelae evadunt nequaquam vitandae: ni omnia mox in statum reducantur naturalem, in partibus debilioribus et ob structuram complicatam, humorum circulo minus faventibus, stases permanent, et animi pathematis praecipue tristioribus diutius protractis, vis nervea languet, tonus vasorum debilitatur, stases majorem in modum augmentur, variae indolis corruptio humoris stagnantis sequitur et vasorum reforbentium nervorumque ope, universae humorum massae aliisque partibus organicis communicatur.

Quando nervi unius alteriusve partis afficiuntur, partes illis subiectae inde mutationem patiantur, necesse est, pro gradu vero affectionis topicae, vis nervorum renitentis, causarum occasionalium accedentium, pro partis organicae structura ac fluidi contenti natura, varii effectus relinquuntur, diversimode in corporis oeconomiam agentes. Ab intentiori vi nervea in partibus tensis, sanguine rubro praeditis, inflammatio et ejus exitus subsequuntur; vi nervea vero languente, diminuta, suppressa, in partibus glandulosis stasis et aquae parte reforbta, inspissatio fluidi movendi fieri solet, unde deni-

denique, nervorum passione non sublata, degenerationem ac corruptionem subsicuturas esse, eluet.

In membrorum paralyysi vel sensus vel motus, vel uteqrē simul defunt, superstitibus adhuc nutritione ac calore: sic partes paralytice affectae non omni vi nervea privantur, et nervi sensui et motui destinati haud omnem aliam vim nerveam, aliis nervis adscribendam, excludunt. Nonne ab his membris analogice ad singulas corporis partes concludere licet? subitaneam sensorii destructionem mors, nervorum autem qui partem quandam ingrediuntur, vim sublatam mox hujus corruptio gangraenosa excipiunt. Cum vero nervi eiusdem partis, e. g. mammae a causa vel externa vel interna afficiuntur, eorum aequilibrium aut harmonia, ut ita dicam, turbantur, ob debilitatem quarundam fibrarum nervearum circulus humorum a naturali aberrat, indeolemque perversam induit massa; in numerosis structurae glandulosae flexionibus haud raro stasis exorta, ut concausa, plures in ambitu producit mutationes, nervos vicinos vaseaque comprimit, eorum passionem primariam adauget, pluraque circulationis ac justae humorum mixtionis impedimenta praebet. Illi nervi, sensui praefecti mox facultatem sentiendi amittunt, cum alii nutritioni destinati suo munere adhuc funguntur, molemque in dies cres-

centem

centem ad distensionem cutis externae et tumorem  
magis minusve durum producunt: fieri quoque so-  
let nervos ipsius substantiae glandulosae aut in vi-  
cinitate quandam fentiendi facultatem retinere,  
hinc dolores interdum pressorii, punctionis: denique  
vero et nervi hucusque nutritioni faventes, omnia-  
que vasa ipsis attinentia vel ob propriam passionem  
vel ob pressionem tumoris plane omnibus destituun-  
tur viribus, indeque omnia in statu quasi quietis  
manent, donec ab irritamento vel interno vel ex-  
terno et in substantia tumoris interna et in ambitu  
novi producuntur motus, Iqui ipsos humores sta-  
gnantes, ad corruptionem pronus, in penitorem  
rapiunt dyscrasiam, nervos cutis externae in con-  
fusum trahunt, et ita status quiescentis illius tu-  
moris sic dicti scirrhosi, in cancerum occultum  
abit doloribus denuo excitatis, aliisque symptomati-  
bus periculum cancri aperti minitantibus, desi-  
gnatum

Ast alia scirri species non mole augetur, sed  
potius pars affecta aridefit, et naturali minor eva-  
dit: Attamen affectionem nervorum topicam pra-  
cedere necesse est, et quidem in vi nervorum sen-  
tientium et nutritioni praepositorum, minus acti-  
va, ratio minoris humorum influxus et parcioris  
extensionis quaerenda est; non impeditur vero in-  
de, quo minus stasis quaedam in ipsa parte cor-  
rugata

rugata adsit, circulus humorum, licet debilis, perduret, et a vasis lymphaticis resorbitio perficiatur, donec priori specie similis fiat eventus. Ex antea dictis haud difficulter intelligitur, scirrum veluti malum topicum considerandum esse, causamque ejus proximorem semper latere in nervorum passione locali, et causas remotas passionem illam topicalam inducere valere.

§. III.

Causas tumoris scirrhosi speciales remotas cognoscere maximi quidem est momenti, utpote quibus methodus medendi potissimum sufficitur: ne exspectes tamen disquisitionem cuiusvis causae, cui limites hujus libelli non sufficerent, sed quae ad causarum remotarum cognitionem requiruntur, generatim proponam. Dividunt causas plerumque in internas et externas, illam autem divisionem facile cognoscendam relinquens, aliam melius mihi arridentem eligo. Causae nimirum vel idiopathice, vel sympathice vel symptomathice ad scirrum producentum contribuere videntur, et hoc modo illas breviter percurram.

Causis idiopathice scirrho faventibus praecipue annumerantur violentiae externae, pressione, iactu, vellicatione, et quavis alia ratione agentes, nec non pertinent huc medicamina externa

per-

VIII

perperam applicata, quibus nervi partiales et vasa irritantur, comprimuntur, debilitantur, functiones naturales turbantur et diversis mutationibus ansa praebetur.

Cause sympathice scirrhis producendis annuentes, praecipue in systemate nervoso diversimode affecto, quaerendae sunt. Certo certius est, istius systematis consensu omnis generis morbos et passiones produci posse; primo hic animi pathemata in censem veniunt, quorum effectus, maximas felicet turbationes systematis nervosi ac vasculosi, jure miramur. Pluribus exemplis constat, post paucos a terrore metuē ingenti dies, scirrhos in mammis inventos fuisse. Illa enim pathemata, quae vim nerveam ac irritabilitatem debilitant, quae ergo circuitum lentum, spissitudinem, malam concoctionem ut effectus habent, saepius scirrhis producendis favent, et forsitan scirrus nec oritur nec augetur, nisi pathemata tristitiaē, moeroris, metus vel terroris praecedant vel accendant; hinc subiecta magis sensibilia et ad pathemata modo dicta, prona, saepius hisce tumoribus scirrhos gravantur.

Minime omissus est iste consensus nervosus uterum inter et mammas, unde tam varia explicari possunt symptomata, alias vasorum anastomosi ad scripta. Quid ergo! uteri perturbationes mamma-  
rum

rum nervos mox in consensum trahent, et nunc ex illorum affectionibus modo antea descripto, stases et scirri generantur, quibus effectibus praesertim mensibus cessantibus, debilitas partium naturalis, coarctatio vasorum, lymphae spissitudo non parum favent. Partibus ad destinatos fines non adhibitis, mutationes ingratiae superveniunt, inde virgines, foeminae steriles, et lactationem recusantes saepius scirrhis succumbunt mammae aut uteri, et fere commune est fatum, quod altera parte a scirrho obsefa, altera mox eodem malo afficiatur. Mammrum scirrus partim ob nervorum, partim ob vasorum lymphaticorum connexionem saepius glandulas subaxillares, et scirrus labiorum glandulas submaxillares et parotides in consensum trahunt.

Causarum symptomaticae ad scirri ortum contribuentium non parva est series, cum ad observatorum mentem a quavis spissitudine et acrimonia primordiis scirri ansa praebatur; plurimum autem illa spissitudo sic dicta atrabilaria ob singularem tenacitatem acreidine conjunctam corpori infesta, stafibus in scirrhos ac caneros abeuntibus, favet. Ex acrimoniis acidam, austera, alcalinam, venereum, scrophulosam, arthriticam, scorbuticam, &c. denominasse sufficiat, cum in iis explicandis nec mens nec locus est. Viscerum laesiones

num-

numquam sine functionum turbatione ac depravatione existere possunt, et nexus partium ac functionum corporis talis existit, ut unica parte laesa, singulae inde patientur: fac ergo, viscus abdominale laesum esse, digestio et chylificatio et secretiones et partes solidae inde quodammodo male afficiantur: quibusdam corruptis fluidis, resorbentibus vasibus universa humorum massa acri quodam irritante inquinatur, et nervis partialibus nunc affectis topicae partis organicae affectiones, omnisque generis corruptio facilime sequuntur. Plures ergo causae simul partim sympathice, partim symptomatice, scirri origini favent. Praeterea medicum ad aetatem, vitae genus, aeris constitutionem &c. respicere debere, quisquis vel me tacente, perficit.

## §. IV.

Subtilissimas differentias praetermittens, scirrhorum tamen divisionem paucis exponam. Scirri nuncupantur vel externi vel interni, prout partes exteriore vel interiores infestantur.

Scirrus est vel glandularis vel non glandularis: glandulae acinis, vasibus sanguiferis ac lymphaticis, nervis, cellulosa, mirifice intermixtis, compositae, peculiaribus secretionibus spissioris vel tenacioris fluidi praepositae, facilmente stasibus producendis aptae, ut plurimum prima scirri stamina in se

se habent. Mammārum glandulae multis affectiō-  
nibus externis expositae, saepissime scirrho affici-  
untur: glandulae subaxillares propter affinitatem  
eodem modo infestantur, uterus, praecipue ejus  
cervix glandulis pluribus obfessus, scirrho patet,  
labia oris, ventriculus, intestinum Rectum scirrhis  
corripiuntur; omnes ergo scirrhos forsitan ad glan-  
dulas referendos esse, plures mecum statuunt: non-  
nulli autem scirrhos in cute palpebrarum, nasi, fa-  
ciei, colis, digitorum, in visceribus exortos non  
glandulares, interdum quoque nervosos vocarunt:  
nonne vero ubique in cute glandulae sunt dispersae?  
tumores in cellulosa ad tumores tunicatos potius,  
quam ad scirrhos annumerare vellem: an in fibris  
musculosis scirrus initium capiat, dubito.

Scirrum in incipientem, imperfectum et  
perfectum vel confirmatum diviserunt: a magni-  
tudine nodi pisiformis incipiens diu talis et mo-  
bilis manet, interdum plures nodi quasi ad filum  
aggregati, tanguntur; dum vero nodus increvit  
at adhuc gaudet motu ac sensu vix a naturali de-  
flectente, imperfecti nomine insignitur: confirma-  
tus increvit cessat, plane durus sensilitate et mo-  
bilitate caret: at illae differentiae incertae nec sa-  
tis distinctae, varia ratione variare possunt. Qui-  
dam scirrum indolentem seu verum, et dolentem  
seu spurium distinguunt, utilitate vero illa divisio-

pror-

prorsus caret: alii tumores glandularum, inflam-  
mationes vel lactis stagnationem sequentes, cele-  
riter incrementantes, vel etiam tumores extra glan-  
dulas, scirrhos sparios vocarunt, et distinxerunt  
a veris, qui ex causa obscura orti, in glandulis se-  
dem habentes lentius incrementant, proclivitatem ad  
cancrosam corruptionem produnt, et simul omnem  
fere respuunt resolutionem. Scirrhi denique in  
benignam et malignum divisio principiis haud pro-  
babilibus superstructa est: benignus dicitur, qui  
dolorum ac omnis sensus expers, corporis actiones  
minime turbat, ei vero oppositus malignus  
audit: cum vero scirrhi effectus variae sunt indo-  
lis, et seminum quoddam malignitatis latens in-  
esse videtur, non e re medica fore credo, scirrum  
denominare tumorem ab ortu ad dolores usque,  
ab interno motu stagnantis, nunc in corruptionem  
vere cancrosam abeuntis productos, qui cancri oc-  
ulti characterem designant.

Pro caufarum remotarum discrimine scirrhis  
plura convenient cognomina, sic adscivere scir-  
rum atrabilarium, scrophulosum, venereum, ar-  
thriticum etc. quae denominations propter cura-  
tionem non sunt rejicienda.

§. V.

*De scirri prognosi dissertero ad ejus causas,  
ad loca affecta et aegri conditionem individualem  
respiciendum est.*

Feliciter quandoque scirrum aliis morbis sup-  
pervenientibus, febribus intermittentibus, diar-  
rhœa etc. vel animi pathemate sponte solvi, expe-  
rientia docet: causis scirri sublatis et statu nervo-  
rum ac vasorum naturali restituto, stases tollun-  
tur, indeoles humorum corruptorum corrigitur, et  
sanitas reddit.

In subiectis junioribus rarius scirros enasci,  
facilius eos curari posse, ex partium mobilitate et  
sensibilitate majori, ex vasis numerosioribus et hu-  
morum blandiorum circulo liberiori explicari po-  
test; eo difficilior vero est curatio in vetustioribus,  
inquilina aliqua atque prava corporis conditione  
praeditis, ad animi pathemata et vitam otiosam ma-  
gis pronis, quae ergo fere semper tristem in can-  
cerum transitum experiuntur.

Glandularum mammarum et subaxillarium  
moles structurae maxime est complicatae, inde ea-  
rundem scirri resolutio difficillima; ob pinguedi-  
nis vero copiam, ille diutius in statu quiescente  
manere potest, nisi irritetur; irritatus autem cele-  
riter in corruptionem abit cancerosam. Parotidis  
scirrus, ob majorem sanguinis affluxum celerius

mole



XIV

mole augetur, tunc vero quiescit: Scirri faciei,  
labiorum et linguae, ut et cutis reliquac et viscera-  
rum, partium glandulis minoribus praeditarum,  
lentius increscunt, diutiusque absque magnis fe-  
runtur molestiis, namquam vero illis dispositio  
non inest, ad corruptionem subeundam.

§. VI.

Scirrus vero naturae viribus ad resolutionem  
haud sufficientibus, arte non superatus, ocyus fe-  
riusve in cancerum abit: Cancer dividitur in occul-  
tum ac apertum; uterque gradu tantum differt,  
prior etiam scirrus malignus, posterior carcino-  
ma proprie nuncupatur.

E scirro hucusque indolente, cuti concolo-  
re, aequali, motu intestino et humorum deprava-  
tione insolentiore, cancer occultus formatur, ubi  
cute quidem integra at rugosa in tumore rubescen-  
te, nunc venis varicosis obsito, increscente, aspe-  
ro et inaequali dolores exoriuntur pruriens, lan-  
cinantes, punctorii, urentes, qui primo per inter-  
valla, postea vero frequentius redeunt ac denique  
continuo maximo cruciatu aegrum extorquent:  
hisce doloribus ingentibus pulsus accedit frequens,  
debilis, minime vero ut a doloribus inflammatoriis  
celer et fortis et plenus. Tandem venae atro fan-  
guine turgentes, tumoris praecipue ambitum cir-  
cum

cumdanter, sanguinem stillant, sensus pruriginosus in cute percipitur, et tumor citra fluctuationem uno vel pluribus locis in apices elevatus, distractum purgatur et acrem malaequem indolis humorem stillat: quo facto et excoriatione cum ichoris profusio latius saeviente, cancer audit apertus, vel ex ulceratus, vel proprio Carcinoma. Mox videmus ulcer hians, plus minus latum et profundum, perfissi moris, labiis tumidis, callosis, recurvis, superficie coloris pallidi, cinerei, lividi, nigrescentis, excrescentiis fungosis, non nimis duris stipitatum, humores sanguinolentos, acres, foetidos, partes vicinas et ipsa linteamina exedentes excernens, doloribus pungentibus, urentibus, intollerabilibus quietem et somnum fugans, viresque exhausti; ichoris denique et sanguinis dissoluti e vasis erosionis effluxu nimio et putridi ichoris resorbitione, omnes functiones depravantur; febris accedit lenta et macies summa; tandem post summas miserias diu toleratas mors toties optata inter dicas illos cruciatus omnibus his malis finem imponebit,,

Cancer, corruptio illa putrida ulcerosa plerumque ex scirro ortum trahit, interdum vero ex aliis tumoribus, in telae cellulofae cellulis existentibus vel ex cutis excrescentiis, corruptionem illum peculiarem putridam, cancrofam subeantibus, oriri

## XVI

oriri illum posse, negari nequit; ideo ex illis, quae supra monui, omnem scirrum ad glandulas referri posse, non concludendum est, omnem quoque cancerum scirrho ortum debere; corruptio enim illa sic dicta cancerosa nervorum affectione peculiari topica producta, quavis in parte nervis et vasis praedita, causis sufficientibus locum habere potest; fac ergo, esse tumorem quendam tunicatum vel verrucam cutaneam, in ambitu vel causa externa vel interna nervos debilitari, quinimo corrumpi, inde humores, et in tumore et in vicinia stagnantes acquirere mutationem pervergam et transire denique in virus peculiare sic dictum cancerosum, cancer adeat, omnes effectus supra descriptos exferens: cancerum modo descriptum spurium quoque dixerunt, ut ab illo e scirrho exorto, proprie vero dicto, distinguerent.

Acrimoniam in cancro natam ab omni acrimonia cognita mirificis dotibus differentem et specificam esse debere, multi contendunt, at in sensu strictiori, majori tantum vis corrosivae gradu et difficiliori medela ab aliorum ulcerum materia differre videtur; nam cancer nullatenus signum pathognomonicum habet, cum etiam dolores, aegrum torquentes, humores acres, foetidi, vicinas partes arroderentes, labia callosa, reflexa, exerecentiae fungosae et reliqua aliis nonnumquam ulcerationibus

XVII

bus ut communia accedant symptomata; et plura symptomata canceris adscripta; illis quandoque deficiant. Diversa ejusdem origo et progressus, diversi in illo humores, diversae denique curationes interdum felices, cancri naturae et causarum diversitatem nos docent.

Paucis adhuc dicendum est, cancri denominationem derivandam esse vel a vasibus sanguine subrubro, atrore repletis, tumoris superficiem et ambitum perreptantibus, cancri fluvialis pedibus aequiparantibus, vel ab annexu tumoris ad partes vicinas et doloribus, quibus producendis cancri chelae non impares sunt.

§. VII.

Scirri in cancerum transitus et aliae corruptio-  
nes carcinomatofae, pluribus debentur causis, qui-  
bus indagandis et dilucidandis Medicus quam dili-  
gentissime incumbere debet, quoniam in eo spes  
vitae haeret ac sanationis.

Illis, quae antea de scirri origine, natura,  
et progressu dicta sunt, omisis, solummodo repe-  
tam, scirrum irritatione modo interna, modo ex-  
terna, motum intestinum et corruptionem contra-  
here, inque cancerum abire. Causa ad cancerum  
disponens adest, et causis occasionalibus superven-  
ientibus, sufficiens evadit: in rebus vulgo dictis

B

non



XVIII

non naturalibus et in aliis rebus externis, ut in eorum complicatiōne vix ac ne vix omnes causae occasio[n]ales complectuntur; earum vero examen accuratius supra fines praepositos me duceret, paucis tantum veritatem probandam habeo, et *C. Richteri* verbis (*Chirurgia P. I.* §. 456.) loquar.  
„Causae, scirri mutationem cancro[s]am inducentes, quadruplici modo plerumque agunt: *vel* humorum motum adaugent, ut animi pathemata, morbi feb[ile]s, corporis agitationes nimiae, vini usus immoderatus, *vel* acrimoniam in humoribus producunt, ut cibi acres, aromatici, nimis salvi, variae morborum materiae, *vel* excretionem tollunt, e. g. fluxum menstruum aut haemoroidarium, effluxum ex ulcere, *vel* denique irritationē agunt externā, ut ictus, scalptus et frictio incaute exhibiti,“ quorsum etiam medicamenta irritantia externe applicata referri merentur. Aequali ratione eadem agunt causae ad cancerum absque scirro praegresso producendum; parti enim affectae denuo causa occasio[n]alis supervenire, ibique corruptionem ulcerosam, carcinomati non absimilem, producere potest.

§. VIII.

Hisce praemissis, ad varias canceri species ab auctōribus descriptas venio, ubi ad causarum varietatem, corporis et mentis constitutiones, partium singu-

singularum structuram et functiones respicien-  
dum est.

Cancer est vel genuinus vel fungosus; cancer  
genuinus a primordio tumorem refert duriorem,  
pisiformem, mobilem, lentius increcentem; pro-  
tuberantiae inaequales, duriusculae scirrum obsi-  
dent; scirrus ipse partibus adjacentibus firmius ad-  
haeret; cutim reddit rugosam, ac quandoque alias  
glandulas vicinas ad scirrhosam disponit mutatio-  
nem; illum dolores per saepe comitantur punctionis,  
imo isti sentiuntur, antequam scirrus appareat.  
Oeyus seriusve cutis rubescens fissuris, acrem hu-  
morem plorantibus, stipatur, et magis exesa, ul-  
cus oritur cancrosum, labiis callosis, retortis,  
fundo quasi cartilagineo, numquam pus, at pa-  
rum ichoris tenuis, acris, non raro quoque san-  
guinis copiam effundens.

Cancer fungosus eodem modo oritur e scir-  
rho parvo, mobili, citius vero et multo magis in-  
crecente, et tunc substantiam magis elasticam,  
spongiosam, minus vero duram, genuino, refe-  
rente. E cute, plurimis vasis varicosis ac inae-  
qualitatibus fuscis obfessa, pluribus in locis quo-  
que rupta ac exesa, excrescentiae duriusculae, fun-  
goefae, uvaeformes progignunt, humorum seroso-  
rum, interdum quoque sanguinis quantitatem enor-  
mem effundentes.

Quamvis magna istarum cancri specierum diversitas quoad phaenomena externa, existere videatur, attamen illa quoad causas minime occurrit: in sola corporis constitutione et partium affectarum structura diversa omnis discrepantiae cardo vertitur. In subjectis obesis et polychymia praeditis et in partibus laxioribus cancer fit fungosus; in subjectis contra siccioribus et partibus densioribus genuinus adest.

Cl. Bierchen hisce speciebus aliam, nempe cancri scrophulosi adjecit, si vero canero ob causarum remotarum et accendentium varietatem varia cognomina imponere velis, atrabilarium, venereum, arthriticum, scorbuticum etc non minore jure in censum ducere deberes; nam corruptio partis cancerosa pro causarum accendentium ratione, indicantia prodit varia, quorum differentiis observatis mentio paucis adhuc facienda est.

Ex lymphae vitio peculiariter glandulae tumoribus frigidis, indolentibus, scirro mollieribus, vel dispersis, vel in acervum collectis, scrophularum nomine insignitis, infestantur: univera lymphae et sanguinis massa in acrimoniam abiens, signa quaedam diagnostica habet, plures glandulas cutaneas minores indurat, labium superius tumens, faciem pallente, palpebras chronicis inflammatione ferosa affectas, herpeticam praesertim circa loca pilosa,

losa, efflorescentiam, glandulas mesentericas obstruc-  
tas etc. Illa humorum corruptio ex virus venereo  
degenerato plerumque orta, glandulis praecipue  
superveniens, complicatione quadam morboſa scir-  
hos et cancros periculofissimos producere valet.  
Mamma hoc scirrho correpta, livida, dura, ad mus-  
culos retracta, tumorem prodit ex minoribus com-  
positum; facile a se invicem distinguendis vel coaliti-  
bus inter se, glandulae colli et subaxillares vel jam in-  
duratae sunt, vel mox indurescant. Ulcus carcino-  
matosum, subrubrum vel humorem limpidum acrem,  
vel faniem albescentem, putridam, vel pus gypfæa,  
tenacis indolis fecernit.

Acrimonia venerea scirrho superveniens ex  
illis signis dignoscatur; diutius latere potest, et  
magis vel minus obscura est, praecipue partes circa  
os et in ore sitas infestat et ulceræ teterima inducit.

Ex arthritidis materia scirrhis superveniente, ul-  
ceræ cacoethica, carcinomatosa indolem plane refe-  
rentia, progignuntur, signis arthritidi propriis, ab  
aliiſ differunt.

Eodem modo ad scorbutum, qualitate speci-  
fica corruptelam exferentem et vitia latentia evol-  
ventem, ulceraque, odore foetido, colore live-  
scente, nigricante, ichore copioso tenui putrido,  
excrecentiis fungosis sanguinem dissolutum stil-  
lanti.

XXII

Iantibus, stipata producentem, caute respiciendum est.

Cancer denique ab atrabilaria materia, tenacitate et acreidine singulari praedita, originem trahens, forsan omnium frequentissimus est.

Quaerenda est ejus causa in systematis venae portae debilitate, in alimentorum crassorum usu, animi pathematibus tristioribus, vita fidentaria, studiis severioribus, spirituorum abusu, polypholia, haemorrhagiārum suetarum suppressione etc, unde symptomata quoque varia et effectus producuntur, nempe coctionis, circulationis, secretiōnum et excretionum torpor, obstrūctiones vasorum, infarctus viscerum abdominalium, stagnationes in glandulis, stagnantis corruptio: quod si nunc illud corruptum partes erodat aut in motum abripiatur, effectus maxime malignos inde sequi necesse est.

Eodem modo omnes in praecordiis impuritatis collectae, scirrhis ac cancris tum producendis, tum pervertendis, occasionem praebent; itaque ad fomitem illum plurimarū aegritudinum et passionum, ad primas vias ac viscera abdominalia, semper diligentissime attendendum est.

Corruptio cancerosa quam plurimum alcalinae putridae est indolis, quam docent foetor ulceris putridus, cadaverosus, sanguis effluens dissolutus,

ipfa

faniei ex carcinomate defumtae effervescentia cum acidis, et denique medicamina antiseptica acida interne et externe utilissime adhibita. Ad quorundam vero obseruationes ulceri canceroso interdum ineſt acor infestus et corrosivus, qui foetore acido, Syrupum violaceum rubro colore tingendo, cum oleo Tartari per deliquium effervescendo, ut et offum mollitie superveniente, et alcalinorum remediorum usu interdum felici innotescit.

Ad primarias illas cancri species genuini nempe et fungosi, quae nonniſi conditionibus accidentibus differant, respicio: uterque, me judge, affectione nervorum topica, ut feirrhus, exortus et depravatus, per aliquod temporis spatium absque universae humorum massae infectione, topicus manere potest, si scilicet reliquae partes solidae facultate et vigore gaudent naturali, ad ea, quae corpori nociva esse possint, debellanda et eliminanda; raro quidem fortuna ita favet, cum reforbitione liquidi putridi et consensu nervorum mox viscera et humores quoad functiones et indolem ita mutantur, ut tonus, robur et vis partium solidarum mirifice labefactetur, indurations et ulcera nonnumquam plura in variis corporis partibus enascantur, et una in parte cancero extirpato, altera in parte rufus emineat: universalis ergo ex

can-

XXIV

cancro fit cachexia, quae insuperabilis omnia medelae respuit conamina.

Cancri in vicinia cordis, in partibus sensibilioribus, in locis glandulis magis refertis, et illi ex scirrhis exorti, ad mali propagationem et exacerbationem omnium maxime vergentes, periculissimi et curatu difficillimi sunt.

PARS POSTERIOR.

§. IX.

Scirrhi et cancri non immerito ad morbos curato difficiliores et vitae insidiosissimos annuntiantur; hinc in methodo medendi dilucidanda, indicationibus curatoriis formandis, et in specificis inveniendis, cuiusvis aevi medici multi faere; multa ergo et existunt remedia cum internatum externa, quae autem virtutes laudatae in scirrho resolvendo, et cancro tam avertendo quam curando saepius frustra exspectantur: Medicus vero in arte peritus ad causas morborum praecipue respiciens, easque prudenter cognoscens, illarum et effectuum sublationem ut generalem habet indicationem, et ad illam rite absolvendam, omnes ingenii vires profundit.

In priore hujus Dissertationis parte causarum ad scirrhi generationem contribuentium farraginem et complicationem breviter exposui, hac in

par-

parte viam jam stratam persequens, mutationes in statu praeternaturali salutares indicabo, ac ex medelis et remediis ea eligam quae morbi naturae plurimum apta atque vel ratione vel experientia probata esse videntur. Maxime autem omnibus in morbis simul ad conditiones individuales respicendum esse, non latet.

In scirri curatione duae praecipue ocurrunt indicationes, quae sunt:

- 1) stases ad scirrum pronae et ipsi scirri oriundi sunt resolvendi.
- 2) stasi non superata, stagnantis in corruptionem transitus et humorum universi corporis infectio praecavenda est.

Ad priorem indicationem feliciter explendam, causarum perscrutatio quam maxime necessaria est, ut congrua remedia ipsis opponantur.

Scirrus violentia externa productus, vel inflammationem aut lactis stagnationem subsequens, primis temporibus quandoque resolutione evanescit, si fluida inspissata stagnantia vaporibus, cataplasmatibus et fomentationibus, leniori frictione aliquique resolventibus attenuantur, vel si partes solidae debilitatae leniter roborantur, frictione, fluidi electrici flumine, epithematibus vinosis; liberiore enim humo-

XXVI

humorum circulo et functionum statu naturali restitutis, partis sanitas insequi potest: in scirrho mammae sufficio optimum saepius praestitit effectum.

Scirrhis ex animi pathematis natales petentibus, pro pathematum diversitate et constitutione individuali varia ratione mederi conamur: Scirrho incipiente, contrariis animi affectionibus nervorum sistema mutare, fluidisque ad spissitudinem pronis, aptis praesidis qualitatem naturalem conservare, ad rem medicam pertineret.

Scirrhi denique ex inquilino quodam corporis vitio exorti, hujus praefertim requirunt correctionem ac eliminationem, cuius rei indigationi intimiori paulo latius incumbam.

Plurimae caufae remotae scirrhis producendis faventes, in abdomine latent, ibique oppugnandae sunt: inter reliquas materiam atrabilariam nominare sufficit, et hujus et infarctuum abdominalium medela scirrhi curationem numquam non absolvit: hoc casu materiarum stagnantium resolutione ac evacuatione opus est, quo facta feirri inde dependentes tolluntur. Abstinendum vero est ab omnibus resolventibus fortioribus, acrioribus, subiectorum sensilitati ac irritabilitati non adaequatis; ea potius eligenda sunt, quae lente at blandius agunt satisque diu tutoque adhiberi queunt.

Quodsi

Quodsi stases inveniantur in subjectis magis calidis, humoribus multis, densioribus, crassioribus, fibris tensis praeditis, quorum excretiones sanguineae suppressae sunt, sanguinis missiones caute adhibitae ad rarefactionem humorum et subsequendam statum resolutionem conducunt.

Humorum dilutione secretiones et excretiones naturales optime promoventur, illa vero in corporibus siccis, calidis, humoribus acribus, tenacioribus stipatis optanda, raro obtinetur. Methodus medendi humectans plura habet indicata, aquam puram et mineralem et cerealibus decoctam, cerevisiam tenuorem, olera, fructus horaeos, serum lactis, juscula gelatinoso-aquosa, aerem humidum, vapores aquosos &c. quibus pro constitutione individuali rite electis et adhibitis, cum euphoria uti possumus.

Resolutio humorum spissiorum et statum conficitur augmentando vires partium solidarum in humores, praecipue vero respiciendum est ad actionem vasorum secreteoriorum in tubo intestinali, cui remedia tonica et stimulantia inferviunt. Fontes foteriae, acidulae et thermae maximam afferunt utilitatem, his subjungantur Salia media, praesertim leniora, Terra foliata Tartari, ejusdem liquor, Tartarus tartarisatus, Cremor Tartari solubilis, &c.: Salia alcalina vero tantum subjectis in

fen-

## XXVIII

sensibilioribus et illis, in quibus acidum praedominatur, convenient.

Vegetabilia leniter stimulantia, materiam saccharinam, acriusculam, partes mucilagineo-resinosas continentia ad resolventia leniora perutilia jure referuntur. Hic prodeunt radix Graminis, Scorzoneræ, Dauci, Taraxaci, Saponariae, Cichorei, Lopathi acuti, Ononis, Rubiae tintororum, herba Taraxaci, Acetosae, Anagallidis, quibus ad dam Cicutam, viribus resolventibus præcipue agentem. Ex his aperientibus decocta, succi, Extracta parata adhibeantur: remediis jam dictis mel adiicere non iniquum est. Amara in subjectis insensibiliорibus et humidiорibus ad resolutionem et robur partium, stimulo multum præstant, hinc Extracta Centaurei minoris, Carduibus benedicti, Trifoli fibrini, Fumariae, Gentianæ, Quassiae, hinc Fel Tauri et ipsa Aloe et præ aliis Extractum Hellebori nigri, rite præparatum cum optimo eventu ad statum resolventionem et materiae atrabilariae evacuationem adhibentur. Gummata saponacea Amomiaci, Galbani, Opoponacis, Asae foetidae ad præstantissima pertinente resolventia; hic quoque in censum veniunt Gummi Resinae, Gummi Guttae, Asae foetidae &c. lixivio antimoniiali saponificatae: vitellum ovi, sapo ille naturalis, omnino attendi me-  
retur.

Re-

Resolventia vere acria sunt flores Arnicae, radix Squillae, Extractum Aconiti: hisce medicamentis quandoque dulcia et aromatica et mercurialia scopo resolvendi addantur.

Materiae atrabiliae tenaciori multae quoque insunt fordes, quae vero ob cohaerentiam minus nocent, cum ex resolutione celeriori et copiosiori mala exoriantur periculosissima: hinc resolventibus lenioribus tantum solummodo resolvendum est, quantum per excretiones modicas educi possit; quem ad finem emetica, resolventibus interposita, vel infusa per epicrafin laxantia, adhibere fas est. Materia in praecordiis latens usu succi herbae digitalis purpureae, vomitum producentis, ita superata est, ut feirri inde dependentes mox diminuti ac plane dissipati sint.

Celeb. Kaempf, omni laude dignus, enemata visceralia in morbis chronicis ex infarctu enatis, laudavit, pluribusque exemplis optime confirmavit. In intestinis crassioribus ex innumeris eorum sinibus, criptis, et glandulis semper totius humorum massae impuritates secernunt et excernuntur; nonne ergo ab ipsis enematis multum esset sperandum, in feirris resolvendis, cum irritatione augeantur secretiones, cum medicamentorum vis plane in organa secretoria et excretoria agere et vaporibus calidis fluidoque resorbto resolutio mate-

riae

XXX

riae stagnantis et folliculis impastae melius promoveri possit.

Ubique ad conservationem motus peristaltici, digestionis, circuitus humorum, excretionum naturalium respiciendum, quibus vietus regularis, motus corporis adaequatus, animi quies, plurimumque Diaetetics regularum observatio maxime inferiunt.

Materia venerea humoribus conjuncta, nervos et vasa irritando, humores incrassando, glandularum producit obstrunctiones; hac materia remediis destructa vel ab humoribus separata, resolutio fit humorum, hinc acrimonia venerea scirrhis ansam praebens, mercurialibus, Opio et diluentibus est debellanda. — Materia scrophulosa mercuriali- bus, antimonialibus &c. et quaevis alia acrimonia remediis propriis vincenda est, ita ut illa leniter agentia diu et cante adhibeantur, resolventibus et evacuantibus intermixtis.

Sic canis scirrhi remotis superatis, naturae ope causa proxima, nervorum affectio topica, saepius superari, omniaque in statum naturalem reduci possunt.

Si natura forsan scirrhi resolutionem febre aut aliis moliminiibus salutaribus perficere conaretur, ea minime sunt impedienda, sed attente observanda.

Nunc

Nunc adhuc quaedam remedia topicā animadver-tenda veniunt.

Resolutionem humorum excipit resolutio sta-seos ob motum impeditum ortae: ad illam promo-vendam, partium solidarum requiritur tonus natura-lis, qui vero lente reddit: calor externus a pellicu-la tegente et forsan capillis electricitatem per-pe-tuum sustinente, multum confert ad resolutionem scirrhi, ideo ut plura electricitatis virium tentami-na instituantur, optandum. Emplastra ex Gummi Amoniaco, Galbano, Sapone, Cicuta &c. vapores acetii vini, cataplasmata emollientia non promiscue adhibenda sunt; materia enim in scirrho quiescens motu intestino in corruptionem abire et cancros te-rrimos citius producere potest: generatim fere nihil a remediis externis, sperandum, nisi mede-lla interna causae morbifcae et impedimenta sub-lata fint.

#### §. IX.

Nec viribus corporis internis, nec remediis ad scirrhi resolutionem sufficientibus, eo contenti simus, ut conditions corporis naturales conservemus, ut transiit in corruptelam et universi corporis infectionem praecaveamus: praestat scirrum non curare, sed veterem, durum, adhaerentem, in locis nobilio-ribus latenter, tantum ab omnibus irritationibus tam internis quam externis cavere et potius eum; adhuc

ma-

magis indurare: hinc abstinentiam est ab omnibus  
refolventibus fortioribus, irritabilitati et sensibili-  
tati subjectorum non congruis, a remedii et alimentis  
humorum circulum incitantibus, congestiones ver-  
sus partes scirrhosas inducentibus; vitentur animi  
pathemata, nata sopiantur: vietus mollis, blandus,  
alvus libera, coelum serenum, aer nec nimis  
calidus, nec nimis frigidus, exercitia corporis mo-  
derata, se et excretiones rite succedentes prosunt.  
Scirri induratio major obtineri potest lamina plum-  
bea, Emplastro Diapompholigos, Cerussa cum Amy-  
lo remixa, scirrho impositis, quibus ut nervorum  
nimis sensibilium actio quodammodo sopiaatur, nar-  
cotica interdum addantur.

Caeterum remedium certissimum, ut scirrhus  
causis occasionalibus sublatis, radicitus curetar,  
omnesque sequelae tristiores vitentur, in extirpa-  
tione scirri ipsius consistit, quae vero, ne careat  
utilitate, ocyus est instituenda; nam medicamento-  
rum resolventium usus saepius non solum nihil pro-  
dest, sed potius debilitate frequente et humorum nocet  
depravatione, tempore ad scirri extirpationem ap-  
tissimo perditio: nisi ergo causa, scirri remota pla-  
ne cognoscatur, nisi illius curandi possibilitatem au-  
turnare possumus, et a remedii effectum quendam  
felicem videamus, mox ad extirpationem, ad ulti-  
mum et certissimum remedium est confugiendum;  
maxime

maxime vero eo attendendum, ut totus scirrus  
cum indurationibus cellulosa et cutis circumposi-  
tae, cum vasibus nervisque affectis simul et semel ex-  
scindatur, ne quasi e radice malum denuo, et multo  
magis horrendum repullulet. Antea vero scirri  
satum, connexionem, mobilitatem, aetatem, cor-  
poris et aeris constitutionem aliaque perpendat Chi-  
rurgus, ut operationis methodum et impedimenta  
et eventum sperandum plane perspiciat; a Chirur-  
go perito et exercitato multa operationis impedi-  
menta vinci posse, extra dubium est.

Si in eodem subiecto plures adessent scirri,  
eodem tempore auferantur, ne reliqui systematis  
nervosi et vasculosi irritatione, conditionem adipis-  
cantur magis periculosa; si hoc vero nequaquam  
fieri posset, potius ab extirpatione abstinentur,  
curatioque palliativa tantum adhibenda esse, videtur.  
Ad observatorum mentem extirpatio ferro hebetio-  
ri, vel cultro quodam osse feliciorem habuit suc-  
cessum ob perfectiore in durati separationem.

Post scirri a violentia externa orti extirpa-  
tionem nulla requiruntur remedia interna, quae  
vero indicata sunt, si acrimonia in corpore latens,  
nondum superata, vel debilitas et status cachecticus  
scirrho superveniant.

Scirri extirpatione cauterio actuali et po-  
tentiali perficienda, locum non habet, nisi totius

XXXIV

feirrhi moles et ambitus unica applicatione' destru-  
antur.

Rarissime feirrhus tam angusto prominet col-  
lo, ut ligatura possit constringi et exstirpari; fer-  
rum omnibus externis palmam praeripere, ideo-  
que semper praferendum esse, existimo.

§. X.

Scirrus nec medicaminibus, nec naturae viri-  
bus, nec exstirpatione sublatus, semper pejoris ma-  
li metum injicit, ac ocyus seriusve in cancerum abit,  
cujus putredinem depascentem et virus proprium  
omni modo restringere ac vincere Medicus fatagat:  
ni antea remedia resolventia, corrigentia jamjam  
adhibita sint, illa adhuc tentanda, quibus vero mox  
exstirpatione jungenda, ut putridi in fanguinem re-  
forbitio impediatur, acrimonia in humoribus jam  
latens corrigitur et plane educatur. Cancer qui  
externae violentiae ortum debent, inque corpore  
euchymo adhuc topici sunt, sola exstirpatione cura-  
ri possunt, et ipsos canceros a causa quadam interna  
promotos in corpore senili, cacoehymico, nonnum-  
quam adhuc ferro et medicamentis electis sanatos es-  
se, obseruationibus constat: tales eventus itaque pro-  
bant; judicium de possibilitate et impossibilitate sana-  
tionis fallax esse,<sup>1</sup> et praxin medicam multum versari  
in tentaminibus, quae caute et prudenter adhibita,

fæ-

saepius eventus prodiderunt spem superantes, hinc  
numquam otiosi simus, si scirrhos hucusque quies-  
cens periculosisimum minitetur transitum; anceps  
remedium tunc melius est, nullo remedio.

Semper vero, ut cancer integre et funditus  
auferatur, necesse est; ni illud obtineatur, malum  
rectudescit, et ex radibus relictis irritatis carcino-  
ma horrendis dotibus stipatum provenit, et extir-  
pationem repetendam difficiliorem ac magis incer-  
tam reddit, vel vulnus, pus bonae notae fundens,  
fanationem fere completam admissit ad punctulum  
quoddam, duritie majore minoreve circumscriptum,  
ex quo fila quaedam setarum instar prominent, un-  
de denique, quasi ex radibus nervosis fungus de-  
novo excrescit cancerosus.

Necesse quoque est, ut omnia impendantur,  
ad causas feirrhau producentes et depravantes vin-  
cendum, istis enim permanentibus metus esset justus,  
ne similia mala vel in loco primario affecto, vel  
aliis in locis brevi renascantur.

Scirrhos et cancros partium internarum Chi-  
rurgi manum et extirpationem minime admittere,  
neminem fugit, qui ergo curatione palliativa ab omni  
praecaveantur irritatione: quandoque tamen lenissi-  
mis remediis, causae cuiusdam cognitae diminutioni  
vel sublationi inservientibus, caute uti licet et con-  
ducit.

Ipfum malum adspicere horrendum, curatu difficultimum, carcinoma, aggredior, cuius ad cognitionem signa ac symptomata, supra descripta sufficient.

Carcinomata seirrhis orta, reliquis multo sunt periculosiora, omnemque fere respuunt curationem: Medicum tamen non otiosum, sed in eo totum esse oportet ut

vel ipsum malum curetur

vel incurabile leniatur, et vita diuturnior minus misera reddatur.

Prior indicatio quandoque obtinetur causarum cognitarum sublatione et extirpatione, ut jam dictum: at causis latentibus vel universa humorum massa putrido ichore cancroso inquinata, et corpore maxime jam debilitato, perraro curatio exspectanda erit.

Divisio curationis adhibendae in methodicam et empiricam optima videtur, posteriorem vero priori esse postponendam nullus dubitat: quando ergo caufae minui, corrigi, averti et curari possunt, quando adhuc ab extirpatione felicem eventum sperare licet, tunc etiam curatione methodica uti debemus.

Methodus atrae bili medendi supra dicta in carcinomate plerumque quoque utiliter adhibetur:  
acri-

acrimonias alias cognitas idoneis remediis emendet  
ac superet Medicus, quorum vero disquisitioni  
specialiori non inhaerebo: In universum moneo,  
mercurialia in veris canceris semper esse metuenda,  
nisi aperta sit quaedam labes venerea, reliqua re-  
solventia fortiora caute tentanda, et ut nervorum  
irritatio immodica praecaveatur, bene opiatis qui-  
busdam miscenda esse.

Posterior indicatio, lenimen mali incurabilis  
et conservatio vitae, diversis maiore minoreve fru-  
ctu absolvitur modis.

Putredo partis carcinomatofae maxime Medi-  
ci requirit attentionem, ut illam minuat, ut ejus  
effectus in reliquum corpus nocivos impedit, ae-  
tollat, ut denique partem putredini succumbentem,  
quantum fieri possit, in statum reducat naturalem.  
Acrimonia putrida a locali stagnantis corruptione  
primum nata, partes depascitur, ipsos nervos ma-  
gis affiendo, corrumpendo et putrido resorbito  
sanguini admixto, secretiones corruptit, vitaque  
infert damna vix superanda. Putredinem in carci-  
nomate localem praefertim topicis remediis minuere  
possimus; saepius de die uleus ichorem acerrimum  
plorans, mundificari ac elui debet, cui scopo in-  
serviunt pro conditionibus accidentalibus Aqua Cal-  
cis, Aquae saturninae, decoctum foliorum Nico-

tianae,



XXXVIII

Hanae, Belladonnae, Solani, Cicutae, corticis Peruviani vel solutio Myrrhae, Salis Amoniaci, Aluminis aquosa, Martis in acido vitriolico aut Salis, et Spiritu vini diluta, vel Acetum aut Spiritus Salis dilutus, interdum quoque solutio mercurialis Opio remixa. Ulceri spongia, quae ichorem bibat, imponenda est; adhibentur quoque unguenta saturnina, unguentum nigrum, liquamen Myrrhae, liquor gastricus animalium carnivoracium. Medicamina elutoria ut fomentationes quoque applicantur, quibus autem cataplasma ex cortice Peruiano, Salicis, herba Cicutae, Belladonnae, Absynthii, Scordii, radice Dauci &c. parata, particulis balsamicis nervinis, aere fixo impraeignata, praferrem. Suctione vel ventosis sic dictis materia putrida educi et cum partibus melior in fecernenda actio communicari potest.

Fasciarum circumvolutione partibus aliquid roboris reddente, destructiones topicae et influxus nimius impinguuntur, doloresque multum mitigantur. Calor radiorum Solis, vitro convexo aggregatorum, in ulceris carcinomatosis superficie concentratus, ad observata, patredinem inhibendo, pus bonae notae producendo, multum ad sanacionem confert.

Hifce

Hicse remediis pro subjectorum ac ulcerum constitutione ac differentiis adhibitis, interdum ichorem acrem, rodentem in pus laudabile, blandum mutari, resorbtionem nocivam et putridi cum humorum massa communicationem, labemque universalem, diutius impeditri, indurations circumiacentes fere plane resolvi, doloresque mitigari, satis patet, ac certe horum usū, ni indicatio curativa, tamen palliativa suppeditari et internorum remediorum effectus sperandus optimo jure maltum augeri potest.

Non autem dubitandum, quin putridi ichoris aliquid semper in humorum resorbeatur massam, unde ac nervorum simul consensu in aliis partibus insuetae ac inimicae, gignuntur affectiones, quas functionum laesionem, solidorum fluidorumque a conditione naturali aberrationem et denique febrem lentam sequi necesse est: hinc medicaminibus internis et diaeta adaequata opus est, quibus putrida labes praecaveri, jam nata corrigi, mitigari, superari possit.

Itaque ad causam materialem in primis viis saepius latenter, respiciendum est, quare emeticorum usus, sanguinis etiam impuritatum secretio, ni inserviens, elucet: optime postea putrida praecavetur labes acidis, Cortice Peruviano et aere purissimo.

XXXX

mo. Cum vero humores ipsi jamjam ab acrimonia  
reforcta corruptionem iniverunt, remedia commu-  
nia corrigentia in usum vocanda sunt, quorsum re-  
fero: nutrimenta particulis mucilaginosis, gelatino-  
sis, saccharinis ditata, farinosa nempe, omniaque  
frumenta, quibus ob particularum constitutivarum  
et effectuum similitudinem, radicem Saleb ac Li-  
chenem Islandicum substituere licet.

Lac, serum lactis tam acidum, quam dulce  
et lac ebutyratum ad nutrimenta, demulcentia, in-  
volventia, acrimoniis corrigendis apta, jure annu-  
merantur. Alia remedia ex apparatu diaetetico de-  
funta mucilaginosa, demulcentia, maximopere  
profund: hue spectant fructus horaei, cerafa, mala  
citrea, fraga, uvae et passulae, cucumeres, amyg-  
dalae, praesertim earum emulsiō, itemque radices  
Dauci, Pastinaceae, Scorzonerae, Sifari, Cichorei,  
pluraque olera molliora. Aquae minerales, cere-  
visiae et vina generosa pluries pro constitutione in-  
dividuali requiruntur.

E regno animali hic pertinent humores sub-  
tiliores, gelatinosi animalium frigido sanguine  
praeditorum, viperarum, lacertarum, ostrearum,  
helicum, ranarum, testudinum etc. inde ergo ex-  
plicandi sunt effectus nuperrime laudati lacertarum  
in

in vitiis cutaneis, ipsisque ulceribus carcinomatosis curandis. Juscula carnium tenerarum, veluti sunt vitulina, pullorum, ut et Cornu Cervi gelatina quoque utiliter adhibentur, nec vitellum ovi saepius adhibitum locum obtinet inferiorem in acrimonias corrigendis.

In subiectis tenerioribus, pinguedine destitutis acrimonia remediis oleosis unguinofis caute adhibitis, omnino non mitigari nequit.

Hicce remediis diaeteticis praevalentioribus quoque remedia pharmaceutica adjici possunt ad humorum blanditatem recuperandam v. g. decocta ac infusa radicis Sarsaparillae, Graminis, Chianae, Altheae, Liquiritiae, Malti, herbae Malvae, florrum Verbasci, Aqua Calcis.

In curatione acrimoniae generali ejusdem e corpore evacuatio quoque ponderanda: pro ca- fuum discrimin'e variae quoque valent excretiones per alvum, diuresin, diaphoresin, per vesicatoria, fetacea, fonticulos et denique per illam pulmonum exhalationem rite conservandam.

Id vero semper cavendum, ne vires vitales nimis debilitentur, hinc Cortex Peruvianus ad vi- riūm conservationem, reliquorumque remediorum effectum majorem conferre videtur.

Huic

Huic curationi palliativae diversimodo institutae  
semper quoque jungatur medela variarum caufarum,  
quae cancerum producebant, et quae nunc illum adhuc  
fovent.

Hicce omnibus perpensis et rite diuque adhi-  
bitis remedii, mali dirissimi, carcinomatis pro-  
gressum, tabis vim deleteriam, vitae periculum  
vel retardare, vel minuere, forsan plane superare,  
artis medicae conatibus absolvit potest.

Aegri cancero laborantes saepius nihil aliud  
nisi dolorum atrocium optant diminutionem, illa  
ergo in cura palliativa maximi est momenti. Ab  
aerimonia carcinomatis, partes vicinas nervosas  
continuo rodente, dolores crudelissimos vitae insi-  
diantes ortum habere, et tunc reliquum sistema  
nervorum in consensum trahi, extra dubium  
positum est; hinc prater mundificantia externa,  
leniora anodyna ipsaque narcotica fortiora in auxi-  
lium ferre, illaque interne ac externe adhibere,  
medentis poscit officium. Omnibus anodynis  
Opium praeripit palmam, sensibilitatem nimiam  
sopiens, dolores mitigat, somnum restituit, ac  
mutatione quadam nervorum optimos quoque ef-  
fectus in labé cancerosa curanda praefastare posse vi-  
detur. De aliis anodynis mox dicetur. Caeterura  
remem

remedia illa antea laudata, quae relaxando, deter-  
gendo, acrimoniam natam emendando vel obtun-  
dendo, nervorum actionem mutando agunt, hic  
quoque ut anodyna profunt.

## §. XII.

Cum' vero nec ex solidorum vel fluidorum  
correctione, nec medendi methodo, peculiaribus  
acrimoniis probabiliter suppositis opposita, even-  
tum obtineamus optatum, curationem empiricam,  
medicamenta ab his vel aliis laudata, et repetitis  
viciis citra causarum respectum, fructu probata,  
adhibere minime absolum esse videtur. Mali ma-  
gnitudo, apprens incurabilitas, periculum vitae  
certissimum, ipsum usum medicamentorum vehe-  
mentium, heroicorum excusat, quibus nostris tem-  
poribus tot magni nominis viri, libentissime tenta-  
mina et scripta devoverunt, quibus etiam saepius  
specificorum nomina attribuerunt.

Cortex Peruvianus in febris, Mercurius in  
hae venerea optimo jure specificorum nomine in-  
signiti sunt, an vero hucusque tale in cancro cu-  
rando inventum sit remedium, dubito; illa enim  
sic dicta specifica anticancrosa saepius generica sunt  
remedia, quorum agendi rationes pluribus in casis  
cognitas et perspectas habere possumus: illa

ita.

**XLIV**

itaque pro variis agendi facultatibus in curatione generaliori explicata, locum adepta sunt convenientem, quae vero ut specifica ab aliis considerata, meam erit, brevibus adhuc exponere.

Cicuta viribus quidem resolventibus supra diuisis gaudet, iisque prodest, vaporoso autem in nervos agente, anodynus praefstat effectus, forsan quoque illo ad mutationem quandam systematis nervosi incomprehensibilem et subsequendam scirrhi et cancri curationem successivam aliquid afferre posse. unde ejusdem medicamenti usus, alias specifici dicti, non plane rejiciendus, appetet. Equidem ad plurium virorum observations Cicutae praeparata saepius absque fructu adhibita sunt, quandoque etiam ob nervorum debilitatem vel idiosyncrasiam aegris nocuerunt; vertigine, sensuum debilitate, ipsaque stupiditate eorum usum subsequentibus.

Iisdem viribus, iisdemque effectibus gaudet Belladonna, minori in quantitate propinata. Aconiti vires, serorum humorum condensationes stasesque resolventes, paululumque nervorum sensibilitatem sopientes, experientis probatae sunt praecipue in arthritide debellanda, hinc ejusdem usus internus ad scirrum cancerum curandum,

lau-

laudandus, praesertim materia fortasse arthritica  
in corpore latente.

Hyoscyamus, Stramonium, Solanum narco-  
ticis viribus externe prodeſſe poſſunt, uſus vero in-  
ternus incertus ac periculofus.

Anagallidis et Digitalis purpureae herba viri-  
bus aperientibus, resolventibus, irritantibus pre-  
dicta, ob materiae atrabilariae vel alius primis in viis  
haerentis evacuationem, laudem meretur, minime  
vero indiscriminatim effectum optatum proferre, et  
votis respondere poſteſt.

Mercurius ejusque praeparata varia tantum  
in labe venerea, cui ſcirrus et cancer ortum de-  
bent, prodeſſe et ut specifica agere poſſunt.

Causis materialibus, ſcirri et cancri ortui et  
incremento faventibus ſublatis vel diminutis, ex  
Opii uſu multum utilitatis ſperare licet, quo nem-  
pe nervorum affectiones mutando, cauſa proxima  
plane tolli corporisque ſanitas reſtitui poſteſt: for-  
fan quoque ut medicamento praeſervativo illo uti  
conduceret: noſtris temporibus Opio ſyphilidem  
eurare didicerunt; cur felix ſucceffus ab illius uſu  
rite, iuſtroque tempore impenſo, in mali, omnibus

fere

**LXVI**

fere remediis repugnantis curatione non foret exspectandus?

Asa foetida in ossium carie utiliter adhibetur; nonne quoque illa in labe cancerosa ulterius effet tentanda?

Arsenicum denique ut specificum anticancresum laudatum, non externe solum, sed interne etiam adhibuerunt. Externe applicatum, corrosivum evadit medicamentum, quod, ut antea dixi, una vice universam cancri molem defruere debet, nisi detrimenti inde plus sit metuendum. Usus vero internus ac in minutissima dosi propter vires corrodentes, omittendus est, cum e penu irritantium leniorum selectus minime difficilis.

Hicce disquisitionibus tam pathologicis quam therapeuticis expositis, unicam mihi liceat subjugere observationem, cui plures scriptiunculae meae loci innisi sunt, quae etiam mihi, de objecto Dissertationis inauguralis cogitanti, ut de Scirro et Cancerо quaedam in lucem proferrem, ansam praebuit.

Puella quaedam Berolini, viginti circiter annorum. temperamenti sanguinei, sanis e parentibus prognata, cuius educatio et vivendi ratio certe pro aevi nostri consuetudine optimae fuerant, quae semper florente sanitate, animoque hilari ac laetogavisa erat, sub finem Anni 1777. in furae parte posteriori, tumorem quandam duriuscum deprehendit, cuius originem a vinculo inter saltandum valde constricto, deduxit, cuiusque volumen, auxilio neglecto in dies crescebat: Medio anno 1778 Chirurgus quidam medicamenta applicavit corrosiva, quae vero, saepius iterata non solum tumorem non tollebant, sed potius in uetus mutabant formidum, cuius e superficie variis excrecentiis spongiosis obsita, inter dolores vehementes lancingantes multum ichoris foetentis promanabat.

Quae cum ita essent b. Muzel et b. Pistor, viari, quorum eruditio ac solertia cognitae, quorumque memoriam colo, consultum adsciti sunt, et nunc morbi decursum, medendique modum talem descripturus sum, qualem ducibus istis viris, observatum annotavi.

In parte muscularum gastrocnemiorum superiori ac posteriori conspiciebatur excrecentia, figuram exhibens cylindri  $2\frac{1}{2}$  pollices altæ et  $1\frac{1}{2}$  pollicis crassæ, cute privata, et ichorem tenuem,

præ-

XLVIII

foetentem, sanguinolentum stillans; e vasis vari-  
cosis, subfuscis, tam latera quam superficiem ob-  
sidentibus, a minori pressione sanguis profusiebat  
spissus et ater, ad basin duries latius fere extende-  
bat, caeterum aegra faciem adhuc florentem habe-  
bat, saepius tamen hoc tempore animi moerorem  
contraxit molestissimum, nec corporis motus fue-  
tos persequi, nec occasionibus, unde jucunditatis  
aliquid hauriret, frui licebat.

Ob ampliorem plagae ambitum, ob anevrysmata  
forsan in profundo latens, (quale b. Pistor viderat  
semel hac in regione, fere iisdem praeditum signis)  
ob haemorrhagiam metuendam, exstirpatio  
non ferro fecante facta, sed die 20 Januarii mensis  
1779 excrecentiae cylindricae basi ligatura cir-  
cumposita est, quae mole carnosa incisa, sequenti  
die magis constringebatur. Ortus est tumor surae  
reliquae inflammatorius, tensus, rubidine radiata  
stipatus, dolores in ambitu aucti, quibus frigus  
et aestus cum pulsu duro ac celeri accedebant. Ve-  
nae seccatio, potiones temperantes, anodynæ, aquo-  
sa acidulata, fomentationes ex herbis resolventi-  
bus cum vino paratae commendabantur: mole su-  
pra ligaturam sensim destruxæta, in incisiones Balsa-  
mus Arcae línteo carpto immittebatur. Die 26.  
Januarii tota mole separata, indurationibus quibus-  
dam in profundo ac ambitu haerentibus, cum cel-  
lulosa

loloſa circumiacente cultro excis, uterque inſtru-  
 las gastrocnemius denudatas ante oculos, erat  
 deligatione ſicca iuſtituta, temperantibus ac fomen-  
 tationibus continuatis, febris, inflammatio, dolor  
 initiores fiebant: post 48 horarum ſpatium deliga-  
 tione remota ad latus internum ac ſuperius parva  
 adhuc durities et cellulofa condenſata erant de-  
 ſtruenda; scarificatione in ambitu adhibita, rei-  
 quae superficie impurae Balsamis Areaci, Sale  
 Amoniaco et Myrride Eſtentia remixta, illineba-  
 tur. Pus bonaę notae, superficie puritas, ſolido-  
 rum ſtatim naturalem indicare ac ſanationi favere  
 videbantur.

Ob habitum, ſanitatis ſpeciem praefeferentem, ob mali tantum localis iuſpicioem, ob aera-  
 tem juvenilem, alias optimis praeditam humoribus,  
 necesse vix exiſtimarunt medentes, ut praeter dia-  
 tam vegetabilem et laetream nec non laxantia quaes-  
 dam, alia adhiberent medicamina interna. Mense  
 Februario vulneri ſicca imponebatur deligatione, ver-  
 fūs mēnſis finem ſanatio ad punctulum quoddam  
 usque lentis magnitudine erat absolute, quod vero

minime remediis exsiccantibus ad cicatricem poterat reduci, denique sexto Martii mensis die eschara tectum reperiebatur, qua 17 Martii die sponte separata e minori ulcerculo spongioso quaedam filia albicantia, fetarum instar prominebant: in ambitu duriusculo saepius dolores aegra sensit pungentes laciniantes. Subtentabant Medicis ipsam carnem spongiosam cum fetis lapide destruere infernali posteaque Alumine usito et Mercurio praecipitato rubro: tentamen irritum, spongiosum setaeque manebant, durities doloresque auerti, vasa livestria varicosa denuo in conspectum veniebant, ex ipso ulcere incremente ichor promanabat tenuis, foetens, specillum argenteum fusco colore tingens. Quo in casu ut vires Conii maculati experiretur b. Muzel, ex ejus Extracto solertissime parato pillulas pondere grise formari jussit; die 27 Martii mane et vesperi tres cum radicis Graminis decocto sumunt aegra, postridie quinque, et sic quotidie dosin duabus auxit pillulis; magno animo et fiducia certe laudabili in successum fortunatum quotidie aegra pillularum copiam deglutivit, ita ut ultimum die 19. Maji mane et resperi octoginta quin-

quinque desumeret pillulas, et hac ratione brevi tempore Cicutae Extracti duodecim unciiis interne uisa esset. Rarius tantum leviorem sentiebat vertiginem ac nauseam, phantasia ac judicium vix turbabantur, memoria interdum aliquatenus labefacta videbatur, faepius vero corporis alacritas valde erat suppresa; color faciei pallidus, lividus, corporisque lassitudo de cachexia orta nos certiores fecerint; semper adhuc ex ulcere hand magno spongioso, ichor effluxit aeris, dolores mitiores facti, in ambitu vero durities quam diu Cicuta adhiberetur, aucta ac extensa erat, quamvis initio externe quoque Cicuta contusa, postea vero cataplasma ex sapone veneto, pane similagineo et lacte impositum esset. Nunc cataplasma ex radice Belladonnae recenti contusa, ac pro usu interno herbam Belladonnae cum femine Phellandrii ac Rheo remixtam a 22. Maji die ad 9. Junii diem usque a duobus granis ad octo adhibuerunt. Corporis appetitum debilitas, affectus lipothymici, vertigo, oculorum caligo saepe revertens, fapor ingratus, nausea, faucium siccitas, membrorum tremor, horum remediorum usum ulteriorem prohibebant,

et remediis omnibus huicque citra resolutionem  
ac sapationem exhibitis, in ipsa extirpatione tan-  
tum spes consistebat, quae ergo die 24. Junii mén-  
sis 1779, est instituta. hincq; aguslida orationis  
solicii circumcisus medicinae seruanda curandad  
oblitus Durities larga ovali incisura, a cute adjacen-  
te et tunc lente ac capte in gastrocnemiorum mu-  
sculorum superficie separata est, e muscularum in-  
terstitio vesicula alba nucis avellanae magnitudine  
prominebat, humorem tenuem, albicantem confi-  
nens; ab illa ortum ducebat funiculus tensus, live-  
scens, duarum linearum latitudinem referens adla-  
tere externo ad internum versus et deorsum ver-  
gens, terminatus in corpore quodam glanduloso  
indurato, pranuclam exaequante, musculoque  
anxio, quod tam cum vesicula, quam funiculo  
radieatus tubulatum est, in duritate excisa et massa  
interiori dulciter setae externe prominentes con-  
spiciebantur et epidem in progressu grandiores, de-  
nique in cellulas dispersae. Deligatio sicca, fo-  
mentationes calidae, potiones temperantes adhi-  
bitae sunt.

Die 26. Junii adeps e' muscularum interstitio  
propulsa paululum indurata cum aliis frustulis du-  
riusculis in margine relictis defumenda ac sacrificia-  
tio instituenda. Balsamo Arcae Sale Amo-  
niaco maritato, suppurationem copiosam, ichoro-  
fani produci, marginem ac superficiem puriorem  
fieri, ulcerisque diminutionem sequi vidimus.

Die 4 mensis Julii pedi affecto fonticulus est  
infertus, qui postea humorem secrevit sanguino-  
lentum; paucos post dies ulceris superficie purissi-  
ma et papillulis carneis optime freta, bonoque pu-  
re instructa, externe emplastrum consolidans, in-  
terne corticis Peruviani infusum interdumque La-  
xans adhibita sunt. Tali modo post sex hebdoma-  
des tota ulceris medela erat absoluta, nulla duritie,  
nullisque sensibus ingratias reliquis.

Post decem hebdomadum vero intervallum in  
codem loco tumor novus exoriebatur, cui Emplas-  
trum Resolvens impositum. Tumoris et mole in-  
dies et duritie auctis ac doloribus redeuntibus, nul-

loque

## LIV

Ioqne fructu a medicaminum adhibitione percepto,  
 rursum die 6 Decembris 1779 extirpatio est instituta.  
 Dig 16 Decembris in ulceris regione superiore ac interiori durities parva observata; quae vero mox sedecim hirudinibus appositis prorsus resoluta. Fonticulum hucusque parum utilitatis praebentem ob molestiam sanari medentes non aegre tulerunt.

Menfe Januario 1780 ad ulceris latus externum tumor quidam duriusculus comparebat, cui etiam hirudines applicatae, fructum exspectatum minime praestiterunt. durities quidem inde immunita at e foraminulis ab hirudinibus moffs caro luxurians excrescebat, et cute intermedia ubique ab acrimonia ichoris profluentis destructa, ulceris peripheria inde erat aucta. Extracti Ligni Guajaci solutionem cum Oleo Tartari per deliquium et pillulas e Guajaci Extracto, Sulphure Antimoniī aurato et mercurio dulci confectas cum Sarsaparillae decoctio sumvit aegra. Uleus spongiosum rursum emplastro consolidante teatum, carne tunc firmiori stipatum, et ad mensis Januarii  
 1780 finem

uem prorsus cete erat obductum, sub qua vero  
durities latebat.

Licet mense Februario quotidie mercurii subli-  
nati granum dimidium in forma pillulari cum ra-  
licis Graminis decocto, propinaretur, durities ta-  
nen longe lateque augebatur; iterum octodecim  
ugebant hirudines, unde vero emolumenti nihil pro-  
slibat; ex foraminulis ichor tenuis quoque stillabat  
per aliquod dies, tunc vero sanata sunt.

E curatione saepius incassum instituta, infec-  
tis humorum universalis a labe cancerosa conjectu-  
tam facere licebat, et habitus nunc plane ca-  
cheticus, dolores lancinantes, motus febriles,  
oculorum tarsi inflammationes leviores, sae-  
pius recurrentes, hancece confirmabant conjectu-  
ram. Aqua Calcis lacte remixta ad tempus ute-  
batur aegra.

Celeb. Voitus (cujus in me benevolentiam ac  
beneficia hic publice profiteor) nunc in auxilium  
vocatus, exsuffrationem repetit, eo modo, ut ip-  
sius substantiae muscularis portionem ex secaret. —

Plu.

LVI

Pluribus medicaminibus egregiis adhuc ad opem ferendam adhibitis iterum consolidatio facta et corporis functionum usus naturalis erat restitutus. Post paucos vero menses eodem malo repullulante, in auxilium aegra vocavit agyram, sub cuius tractatione mox plane emaciata et viribus exhausta inter Dolores crudelissimos diem obiit supremum.




Halle, Diss., 1786/87



Sb.

vdB



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



DE 4. 1986 10  
**SCIRRHO ET CANCRO.**

CONSENSV AC AVCTORITATE

ILLVSTRIS MEDICORVM ORDINIS

IN ACADEMIA FRIDERICIANA

PRO

OBTINENDO

MEDICINAE DOCTORIS GRADV

DIE XX. SEPTEMBRIS MDCCCLXXXVI.

H. L. Q. S.

PVBLINE DISPVTABIT

AVCTOR

IOANNES THEOPHILVS ZENCKER

BEROLINAS.

HALAE,

LITTERIS MICHAELIS